

Redemptionis Filii, & Vocationis Spiritus S. derivatur particularitas. Ex isto deducitur principio: gratiaë efficacis subtractio, & auxilio sua-
lis denegatio. Hinc oritur: Decretum Dei esse causam futurorum
omnium, nec ullarum rerum esse futuritionem nisi decretarum, quia
peccata ipsa esse (horrendum dictu, axioma tamen est Maccovianum)
secundum voluntatem Dei, placent enim Deo. Hinc salient subsequen-
tia quoque Spiritus Calvinistici *Ἰεudoγενεσιμαλῆ*: DEUM prædeter-
minare arcano impulsu omnem voluntatem creatam ad omnes & sin-
gulos actus, (*ne scil. libertate ei concessâ, possibile namque erat ut pecca-
ret, vel non peccaret Creatura, se, quo pacto absoluto Dei decreto subduce-
ret, suoque Deus sine excideret, imò si per impossibile Homo ad peccandum
per præmotionem antecedentem necessitatus, bene ageret, eo ipso ageret
contra decretum, contra causam primam & bonum operando peccaret.*)
Nihil evenire, quod Deus non decrevit; Nihil contra voluntatem Dei
fieri; Ex eventu judicandum esse de voluntate Dei; Peccatum non esse
decreti damnationis causam. Et quis sexcenta alia malè sani cerebelli
enumeret figmenta, quis recenscat lomnia? De quibus consuli possunt
Calvinus, Beza, Zwinglius, &c. ex antiquioribus, ex neotericis autem
Chamier, Wendel, Maccov, & alii.

p tom. 2.
Panstr. 1. 2.
c. 4. §. 6.
P. 24
q lb. §. 7.

vita exponit
l. c. §. 8.)
s tom. 2.
l. 3. c. 4. §. 11.

§. II. Audiatur in re maximi momenti, Chamier Theologus, ubi
orthodoxiam amplectitur acutissimus. Quid verò ille? Sine æterno, in-
quit, p Omnipotentis Dei decreto nihil fit usquam, unquam, à quoquam,
neque universaliter, neque specialiter, ne iis quidem exceptis operibus,
quæ vitio creaturarum mala NB. & dicuntur, & verè sunt. Item: Provi-
dentia divina q (*que juxta ipsum non differt à predestinatione nisi ratione
nostri, in quantum providentia generaliter omnibus providet, predestina-
tio autem specialiter singula destinat ad suum usum sive finem, ad quem
etiam media disponit, r*) non tantum finem ultimum sibi proponit rerum,
de quibus statuit, imò quem statuit; sed etiam media omnia ad eum fi-
nem tendentia, &c. Et in alio loco: s Recta & necessaria conclusio est
Deum velle aliquo saltem modo malum, & velle efficaciter. Nam de-
crevit illud, decretum autem illud aliud longe est, quàm nuda permis-
sio, utpote quod decretum est voluntas, & quidem certa voluntas, &
quidem efficax voluntas.

§. 12. Quis talia legat, & non indigneatur? Quis audiat, & non
cohaereat? Absurda quippe sunt, & intolerabilia ista inter Christia-
nos dogmata, qualibus scaturit lib, 2, & 3, tomi 2, ut & lib, 7, & 8. tomi 3.
Cha-